

super me : \* et multiplicati sunt qui odérunt me inique.

Qui retríbunt mala pro bonis, detrahébant mihi : \* quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus : \* ne discésseris a me.

Inténde in adiutórium meum, \* Dómine Deus salútis meæ.

Glória Patri.

**Psalmus I.**

**M**iserére mei Deus, \* secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudínem miseratiónum tuárum, \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitáti-bus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem di-

lexísti : \* incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et lætítiam : \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a faciē tua : \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : \* et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vías tuas : \* et impíi ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábía mea apéries : \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem úti-que : \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus

contribulátus : \* cor contrítum, et humiliátum Deus non despícies.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiões, et holocáusta : \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

**Psalmus xj.**

**D**omine exáudi oratió-nem meam : \* et clamor meus ad te véniat.

Non avértas faciém tuam a me : \* in quacúmque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, \* velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : \* et ossa mea sicut crémium arué-runt.

Percússus sum ut fœnum, et árui cor meum : \* quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei \* adhæsít os meum carni meæ.

Símilis factus sum pelli-cáno solitúdinis : \* factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, \* et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : \* et qui laudábant me advérsus me jurábant.

Quia cinerem tamquam panem manducábam, \* et potum meum cum fletu miscébam.

A faciē iræ et indignatiónis tuæ : \* quia élevans allísisti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : \* et ego sicut fœnum áruí.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes : \* et memoriále tuum in generatió-nem et generatió-nem.

Tu exsúrgens miseréberis Sion : \* quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápidés ejus : \* et terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum Dómine, \* et omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion : \* et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratió-nem humílium : \* et non sprevit precem eórum.

super me : \* et multiplicati sunt qui odérunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : \* quóniam sequébar bonitatem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus : \* ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, \* Dómine Deus salútis meæ.

Gloría Patri.

**Psalmus I.**

**M**iserére mei Deus, \* secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : \* et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitatem meam ego cognosco : \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum : \* et in peccatis concépit me mater mea.

Ecce enim veritatem di-

lexisti : \* incérta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérget me hyssópo, et mundábor : \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a faciē tua : \* et spiritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : \* et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : \* et impíi ad te converténtur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem úti que : \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus

contribulátus : \* cor contrítum, et humiliátum Deus non despícies.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiónes, et holocáusta : \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Gloría Patri.

**Psalmus xj.**

**D**omine exáudi oratió- nem meam : \* et clamor meus ad te véniat.

Non avértas faciém tuam a me : \* in quacúmque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, \* velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : \* et ossa mea sicut crémium arué- runt.

Percússus sum ut fœnum, et áruit cor meum : \* quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei \* adhæsít os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellícáno solitúdinis : \* factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, \* et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : \* et qui laudábant me advérsum me jurábant.

Quia cínere tamquam panem manducábam, \* et potum meum cum fletu miscébam.

A faciē iræ et indignatiónis tuæ : \* quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : \* et ego sicut fœnum áruí.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes : \* et memoriále tuum in generatió- nem et generatió- nem.

Tu exsúrgens miseréberis Sion : \* quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : \* et terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum Dómine, \* et omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion : \* et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratió- nem humílium : \* et non spre- vit precem eórum.

Scribântur hæc in generatióne áltera : \* et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

Quia prospéxit de excélsso sancto suo : \* Dóminus de cælo in terram aspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : \* ut sólveret filios interemptórum :

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : \* et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, \* et reges ut sérviánt Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ : \* Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoques me in dimídio diérum meórum : \* in generatiónem et generatiónem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : \* et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábiseos, et mutabúntur : \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Fílii servórum tuórum habitábunt : \* et semen eórum in sæculum dirigétur. Glória Patri.

**Psalmus cxxv.**

**D**E profúndis clamávi ad te Dómine : \* Dómine exáudi vocem meam :

Fiant aures tuæ intendétes, \* in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : \* Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : \* speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiósia apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri.

**Psalmus cxxij.**

**D**omine exáudi oratió-nem meam : áuribus percípe obsecratió-nem meam in veritáte tua : \* exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo : \* quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimicus ánima meam : \*

humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut mórtuos sæculi : \* et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiqúorum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : \* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te : \* ánima mea sicut terra sine aqua tibi :

Velóciter exáudi me Dómine : \* defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : \* et símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : \* quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in

qua ámbulem : \* quia ad te levávi ánima meam.

Eripe me de inimicis meis Dómine, ad te confúgi : \* doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : \* propter nomen tuum Dómine vivificábis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánima meam : \* et in misericórdia tua dispédes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant ánima meam : \* quóniam ego servus tuus sum.

**Añã.** Ne reminiscáris Dómine delicta nostra, vel paréntum nostrórum; neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

**Litaniar.**

Yrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Christe audi nos.

Christe exáudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserére nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserére nobis.

Spíritus sancte Deus, miserére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.

Sancta María, Ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.

Sancta Virgo Virginum, ora pro nobis.

Sancte Michael, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Ráphael, ora.

Omnes sancti Angeli et Archàngeli, oráte pro nobis.	Sancti Cosma et Damiáne, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirituumórdines, oráte.	Sancti Gervási et Protási, oráte pro nobis.
Sancte Joánnes Baptista, ora pro nobis.	Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Joseph, ora.	Sancte Silvéster, ora.
Omnes sancti Patriarchæ et Prophætæ, oráte.	Sancte Gregóri, ora.
Sancte Petre, ora.	Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Paule, ora.	Sancte Augustíne, ora.
Sancte Andréa, ora.	Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Jacóbe, ora.	Sancte Martíne, ora.
Sancte Joánnes, ora.	Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Thoma, ora.	Omnessancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Sancte Jacóbe, ora.	Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Philíppe, ora.	Sancte Antóni, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.	Sancte Benedicte, ora.
Sancte Matthæe, ora.	Sancte Bernárde, ora.
Sancte Simon, ora.	Sancte Domínice, ora.
Sancte Thaddæe, ora.	Sancte Francíscæ, ora.
Sancte Mathía, ora.	Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Sancte Bárnaba, ora.	Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancte Luca, ora.	Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancte Marce, ora.	Sancta Agatha, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.	Sancta Lúcia, ora.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte pro nobis.	Sancta Agnes, ora.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro nobis.	Sancta Cæcília, ora.
Sancte Stéphane, ora.	Sancta Catharina, ora.
Sancte Lauréti, ora.	Sancta Anastásia, ora.
Sancte Vincéti, ora.	Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte pro nobis.
Sancti Fabiáne et Sebastíane, oráte pro nobis.	Omnes Sancti et Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.
Sancti Joánnes et Paule, oráte pro nobis.	

Propítius esto, Parce nobis Dómine.	Per advéntum Spíritus sancti Parácliti, líbera nos Dómine.
Propítius esto, Exáudi nos Dómine.	In die iudicii, líbera. Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Ab omni malo, líbera.	Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.
Ab omni peccáto, líbera.	Ut nobis indúlgeas, te rogámus audi nos.
Ab ira tua, líbera.	Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus audi nos.
A subitánea et improvísá morte, líbera.	Ut Ecclesiám tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ab insidiis diaboli, líbera.	Ut domnum apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.	Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliáre dignéris, te rogámus audi nos.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.	Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.	Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largiri dignéris, te rogámus audi nos.
A flagélló terræmótus, líbera nos Dómine.	Ut nosmetípsos in tuo sancto servitio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
A peste, fame et bello, líbera nos Dómine.	Ut mentes nostras ad cœ-
A morte perpétua, líbera.	
Per mystérium sanctæ incarnationis tuæ, líbera nos Dómine.	
Per advéntum tuum, líbera nos Dómine.	
Per nativitátem tuam, líbera nos Dómine.	
Per baptísmum, et sanctum jejúnium tuum, líbera nos Dómine.	
Per crucem et passiónem tuam, líbera.	
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.	
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera.	
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.	

léstia desidéria érigas,  
te rogámus audi nos.  
Ut ómnibus benefactóri-  
bus nostris sempitérna  
bona retríbuas, te ro-  
gámus audi nos.  
Ut ánimas nostras, fra-  
trum, propinquórum et  
benefactórum nostró-  
rum ab æténa damna-  
tióné erípias, te rogá-  
mus audi nos.  
Ut fructus terræ dare et  
conserváre dignéris, te  
rogámus audi nos.  
Ut ómnibus fidélibus de-  
fúntis réquiem æté-  
nam donáre dignéris, te  
rogámus audi nos.  
Ut nos exaudíre dignéris,  
te rogámus audi nos.  
Fili Dei, te rogámus.  
Agnus Dei, qui tollis pec-  
cáta mundi, Parce nobis  
Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis pec-  
cáta mundi, Exáudi nos  
Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis pec-  
cáta mundi, Miserére  
nobis.  
Christe audi nos. Christe  
exáudi nos.  
Kyrie eléison. Christe  
eléison. Kyrie eléison.  
Pater noster. *secreto.*  
¶ Et ne nos indúcas in  
tentatióem. *℞.* Sed líbe-  
ra nos a malo.

*Psalmus lxxij.*

**D**eus in adiutorium  
meum inténde: \* Dó-  
mine ad adjuvándum me  
festína.

Confundántur, et reve-  
reántur, \* qui quærent  
ánimam meam :

Avertántur retrórsus,  
et erubéscant, \* qui vo-  
lunt mihi mala :

Avertántur statim eru-  
bescétes, \* qui dicunt  
mihi : Euge, euge.

Exsúltent et læténtur  
in te omnes qui quæ-  
runt te, \* et dicant sem-  
per : Magnificétur Dómi-  
nus : qui díligunt salutáre  
tuum.

Ego vero egénus, et  
pauper sum : \* Deus ad-  
juva me.

Adjútor meus, et liberá-  
tor meus es tu : \* Dómine  
ne moréris.

Glória Patri. Sicut erat.  
¶ Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus sperántes  
in te.

¶ Esto nobis Dómine  
turris fortitúdinis. *℞.* A  
fácie inimíci.

¶ Nihil proficiat inimi-  
cus in nobis. *℞.* Et fílius  
iniquitátis non appónat  
nocére nobis.

¶ Dómine non secúndum  
peccáta nostra fácias no-

bis. *℞.* Neque secúndum  
iniquitátes nostras retrí-  
buas nobis.

¶ Orémus pro Pontífice  
nostro *N. ℞.* Dóminus  
consérvet eum, et vivíficet  
eum, et beátum fáciat eum  
in terra, et non tradat  
eum in ánimam inimicó-  
rum ejus.

¶ Orémus pro benefa-  
ctóribus nostris. *℞.* Retri-  
búere dignáre Dómine  
ómnibus nobis bona faci-  
entibus propter nomen  
tuum vitam ætéram.  
Amen.

¶ Orémus pro fidélibus  
defúntis. *℞.* Réquiem  
ætéram dona eis Dómi-  
ne, et lux perpétua lúceat  
eis.

¶ Requiéscant in pace.  
*℞.* Amen.

¶ Pro frátribus nostris  
abséntibus. *℞.* Salvos fac  
servos tuos, Deus meus  
sperántes in te.

¶ Mitte eis Dómine au-  
xilium de sancto. *℞.* Et  
de Sion tuére eos.

¶ Dómine exáudi.

¶ Dóminus vobíscum.  
Orémus.

*Oratio.*

**D**eus, cui próprium est  
miseréri semper et  
párcere : súscipe depreca-  
tiónem nostram ; ut nos, et  
omnes fámulos tuos, quos

delictórum caténa con-  
stringit, miserátio tuæ pie-  
tátis cleméter absolvat.

**E**xáudi, quæsumus Dó-  
mine, súpplicum pre-  
ces, et confiténtium tibi  
parce peccátis : ut páriter  
nobis indulgéntiam trí-  
buas benignus et pacem.

**I**neffábilem nobis, Dó-  
mine, misericórdiam  
tuam cleméter osténde :  
ut simul nos et a peccátis  
ómnibus éxuas, et a pœ-  
niis, quas pro his merémur,  
erípias.

**D**eus, qui culpa offén-  
deris, pœniténtia pla-  
cáris : preces pópuli tui  
supplicántis propítius ré-  
spice ; et flagélla tuæ ira-  
cúndiæ, quæ pro peccátis  
nostris merémur, avérte.

**O**mnípotens sempitér-  
ne Deus, miserére  
fámulo tuo Pontífici no-  
stro *N.* et dirige eum se-  
cúndum tuam cleméntiam  
in viam salutis ætérxæ :  
ut te donánte tibi plácita  
cúpiat, et tota virtúte per-  
ficiat.

**D**eus, a quo sancta de-  
sidéria, recta consília,  
et justa sunt ópera : da  
servis tuis illam, quam  
mundus dare non potest,  
pacem ; ut et corda nostra  
mandátis tuis dédita, et

hóstiū sublāta formidine, tēpora sint tua protectionē tranquilla.

**U**RE igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum Dōmine : ut tibi casto corpore serviāmus, et mundo corde placeāmus.

**F**idēlium Deus omnium Cōnditor et Redēptor, animābus famulōrum famularūque tuārum remissionem cunctōrum tribue peccatōrum : ut indulgētiā, quam semper optavērunt, piis supplicatiōibus consequāntur.

**A**ctiōnes nostras, quæsumus Dōmine, aspirādo præveni, et adiuvādo prosēquere : ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cōpta finiatur.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui vivōrum domināris simul et mortuōrum, omniumque miserēris, quos tuos fide et opere futūros esse prænōscis : te sūpplices exorāmus : ut pro quibus effūdere preces decrēvimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futūrum jam exūtos corpore suscepit, intercedētibz omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clemētia, omnium delictōrum suōrum veniam consequāntur. Per Dōminum.

℣. Dōminus vobiscum.

℣. Exāudiat nos omnipotens et misēricors Dōminus. ℟. Amen.

℣. Et Fidēlium animæ per misericōrdiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

### Ordo Commendationis Animæ.

Primum dicuntur Litanie breves in hunc modum.



Yrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Sancta María, Ora pro eo.

Omnes sancti Angeli et

Archángeli, oráte pro eo.

Sancte Abel, ora pro eo.

Omnis chorus justōrum, ora pro eo.

Sancte Abraham, ora.

Sancte Joānes Baptista, ora pro eo.

Sancte Joseph, ora pro eo.

Omnes sancti Patriarchæ et Prophætæ, oráte.

Sancte Petre, ora pro eo. A periculo mortis, libera.

Sancte Paule, ora. A mala morte, libera.

Sancte Andréa, ora. A pœnis infèrni, libera.

Sancte Joānes, ora. Ab omni malo, libera.

Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ, oráte. A potestāte diaboli, libera.

Omnes sancti Discipuli Dōmini, oráte pro eo. Per nativitatem tuam, libera eum Dōmine,

Omnes sancti Innocētes, oráte pro eo. Per crucem et passiōnem tuam, libera.

Sancte Stēphane, ora. Per mortem et sepulturam tuam, libera.

Sancte Laurēti, ora. Per gloriosam resurrectiōnem tuam, libera.

Omnes sancti Mārtires, oráte pro eo. Per admirabilem ascensionem tuam, libera.

Sancte Silvéster, ora. Per grātiā Spiritus sancti Parācliti, libera.

Sancte Gregóri, ora. In die iudicii, libera.

Sancte Augustīne, ora. Peccatōres, Te rogāmus audi nos.

Omnes sancti Pontīfices et Confessōres, oráte. Ut ei parcas, te rogāmus audi nos.

Sancte Benedicte, ora. Kyrie eléison. Christe eléison.

Sancte Francīsce, ora. Kyrie eléison.

Sancte Camille, ora. **Deinde cum in agone sui exitus anima anxiatur, dicantur sequentes Orationes.**

Sancte Joānes de Deo, ora pro eo. **Oratio.**

Omnes sancti Mōnachi et Eremitæ, oráte. **P**roficiscere anima christiāna de hoc mundo, in nōmine Dei Patris omnipotētis, qui te creāvit : in nōmine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est : in nōmine Spiritus sancti, qui in te effūsus est : in nōmine Angelōrum et Ar-

changelórum : in nómine Thronórum et Dominatiónum : in nómine Principátuum et Potestátum : in nómine Chérubim et Séraphim : in nómine Patriarchárum et Prophetárum : in nómine sanctórum Apostolórum et Evangelistárum : in nómine sanctórum Mártyrum et Confessorum : in nómine sanctórum Monachórum et Eremitárum : in nómine sanctárum Virgínium, et ómnium Sanctórum et Sanctárum Dei : hódie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eúdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

*Oratio.*

**D**eus miséricors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, et præteritorum criminum culpas vénia remissionis evacuas: respice propitius super hunc famulum tuum **N**. et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Rénova in eo, piissime Pater, quicquid terræna fragilitate corruptum, vel

quicquid diabólica fraude violatum est : et unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Dómine gemituum, miserere lacrymarum ejus : et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

**C**ommendo te omnipotenti Deo, carissime frater, et ei, cujus es creatúra, committo : ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egre diēti itaque animæ tuæ de corpore splēdidus Angelórum coetus occurrat : iudex Apostolórum tibi senatus advēniat : candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exercitus obviet : liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet : jubilantium te Virgínium chorus excipiat : et beate quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat : mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter as-

sistentes sibi júgiter interesse decernat. Ignóres omne quod horret in ténébris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus sátanas cum satellitibus suis : in advētu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffúgiat. Exsúrgat Deus, et dissipentur inimici ejus : et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant : sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei : et justi epulentur, et exsultent in conspéctu Dei. Confundántur igitur et erubescant omnes tartaræ legiões, et ministri sátanæ iter tuum impedire non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab æterná morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constituat te Christus Fílius Dei vivi intra paradísi sui semper amœna viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab omnibus peccátis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electórum suórum

te sorte constituat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assistens, manifestissimam beátis óculis aspicias veritatem. Constitútus igitur inter ágmina beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*Oratio.*

**S**uscipe Dómine serum tuum in locum sperandæ sibi salvatiónis a misericordia tua.

℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui ex ómnibus periculis inférni, et de láqueis pœnarum, et ex ómnibus tribulatióibus.

℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Henoch et Eliam de comúní morte mundi.

℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæorum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Job de passióibus suis.

℟. Amen.